Quelle: http://manuscripta.at/?ID=510
Copyright: Klosterneuburg, Augustiner-Chorherrenstift



tbi liberator meus quoniam illuminasti
me et cognoui te Ego te cognoui
veritas eterna et tu eras in lumine
et ego in tenebris et cognoscebam
te quia illuminari non poteram
sine te et non est lux ex te De
gracia actione

Sancte sancto deus inestimabilis maiestatis deus deorum et dominus dominorum mirabilis inenarrabilis et inexcogitabilis per quem tremunt in celo angelice post potestates que adorant dominationes et throni et omnes virtutes pauent a conspectu tuo cuius potencie et sapiencie non est numerus qui fundasti mundum super medium et mare colligasti mare quasi in te omnipotentissime deus spiritum vniuerse terrenis ad cuius conspectum fugit celum et terra et ad cuius nutum omnia se subiciunt elementa et adorent et glorificent omnes creature tue Et ego filius ancille tue per fidem tuam flecto genua cordis mei subpedinis maiestatis tue gratias agens quoniam dignatus es misericordiam tuam illuminare me lumen verum lumen sanum lumen delectabile lumen admirabile lumen superlaudabile qui illuminas oculos angelorum Ecce video gracias ago Ecce video lumen celi in te lucet oculus mentis radius desuper a facie luminis tui et letificat omnia ossa mea O si perficeret in me auge quesso luminis auctor auge quisquid quod intra me lucet et in me dilatetur obscuro dilatet ex te quid est quod senso quis est ignis qui calefacit cor meum que est lux que irradiat cor meum O ignis semper ardes et non extinguis accende me qui semper luces et non extinguis accende me O lux que semper luces et non extinguis illumina me Utinam arderem ex te ignis sancte quam dulcis ardes quam secure luces quam desiderant adviris ve illis qui no illuminant ex te O lumen iudicium illuminas omnem mundum tuus lumen implet mundum ve cecis oculis qui te non vident sol illuminans celum et terram ve caligantibus oculis qui te videre non possunt ve auertantibus oculos ut non videant veritatem et non auertantibus ut videant veritatem Nequeunt enim oculi assueti tenebris summe veritatis radios inuiceri nec sciunt aliquid de lumine estimare quos est in tenebris habituati tenebras iudicant tenebras diligunt tenebras approbant de tenebris eundo in tenebras nesciunt vbi conuertant miseri nesciunt quid admittant qui cadunt apertis oculis et descendunt in infernum iuuenes et lux beatissima que non nisi a purgatissimis oculis videri potest beati mundo corde quoniam ipsi deum videbunt munda me mundans virtus munda oculos meos ut sanis te contempler oculis quem no nisi sam oculi intuere auferes squamas caliginis antiq